

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Compendium memorandorum vires naturales et commoda  
comprehendens a Plinio data**

**Duval, Robert**

**[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500**

Liber xxiiii [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-293518](#)

*lentus mihi  
dat*

ante athlete pascebatur hoc cibo. Pithagoras exercitatores primos ad carnes transtulit. Recolligentibus se a longa valitudine levissime. Item comitalibus & idropicis. Omnibusque que maturada aut discutienda sunt imponuntur: efficacius calce: aut nitro imposito: & admixto. At cocte cum isopo pectus purgant. & pituita. Tussim veterem, cum vino autem ad sedem & tumorem maxillarum. Aluum sicut manducate. Carbunculos extra hunc cu[m] vino cocte & imposito. Produnt si quis inclinata arbore supino ore aliquenod dum eius morsu abstulerit nullo vidente atque in aluta ligatum litio ex collo suspenderit: strumas & parotidas discutit. Cortex tritus cum oleo ventris ulceram sanat. Cerasa aluum molliunt, stomacho in uilia. Eadem sicca aluum sicutum, vrinam ciunt. Inuenio apud autores: si quis maturino rostida deuoret cum suis nucleus: instanti leuari aluu: ut morbo pedes liberentur. In sanctariis nutridatis maximi regis pompeius inuenit: in peculiari commentario ipsius manu: compositionem antidoti: e duabus nucibus siccis: Item fuscis cubus totidem: & ruta foliis. xx. simul tritis: addito salis grauo: & hoc ieiunus sumat: nullum venenum nocitum eo die: Contra rabiōsi quoque canis morsum.

Auellane capitum dolorē faciūt & inflammatiōnē stomachi. & pinguedini corporis conferunt plusq[ue] sit verissimile. Toste & distillationi medentur. Tussi quoque veteri: trite & in aqua mulsa poterit. Castanee vehementer sicut stomachi & ventris fluxiones aluum ciunt. sanguinem excreantibus prossunt. Carnes alunt.



Iber. xxiiii, memorande medicina ex arboribus sive stiribus.

Ca. i, improbat difficiles medicorum compositiones.

Hec sola nature placuerat esse remedia parata vulgo. Inuentu facta, ac sine impedio ex quibus vivimus. Postea fraudes hominum & ingeniorum capture officinas inuenere istas: in quibus in quaestione homini venalis & mortifera. Stant compositiones. & mixture inexplicabiles decantantur. Arabia atque india in medio estimantur. Ulcerisque paruo medicina a rubro mari imputantur: Cum remedia vera pauperium quisque cenerit. Nam si ex horto aut petatur herba

ba vel frutex queratur: nulla artū vilius fiet. Paremus externis,  
Et vna artium imperatoribus quoq; imperat.

Ca.v.de fago.

f Agi folia manducatur in gingiuarū labiorū qvittiis. Calcu  
lis: glandis faginee cinis illinitur. Item cū melle alopictis  
Ca.viii.de platanis fraxino populo.

Vlmo tilia sambuco medicine

Folia & cortex platani, Illinuntur collectionibus & supputatio  
nibus. & decoctum eorum. Corticis in aceto dentium remediū est  
Folia eorum tenerima in vino albo decocta & oculorum. Fraxini  
foliis semen inest: que medentur iocineris & lateris doloribus in  
vino, aquā que subit cutem extrahunt. Corpus obesum leuat onere  
Populi albe cortex potus ischiadicis strangueq; prodest. foli  
orum succus calidus aurium dolori. Virgam populī in manu tenen  
tibus intertrigo non metuatur

Populi nigre semen comitalibus ex aceto vtile. fundit illa & resi  
nani exiguum: qua vtuntur ad malaginata. Folia podagrī in ace  
to decocta imponuntur. Humor e cauis populi nigre effluens ver  
rucas papulasq; ex attritu tollit.

Vlmi & folia & cortex vim habent spissandi & vulnera contrahen  
di. Cortex iuertior tiliie lepras sedat. Et folia ex aceto ilita. Corti  
cis denarii pondus potū in hemina aque frigide aluum purgat. Pi  
tuitas & aquas priuatim trahit. Imponitur & collectionibus lacri  
ma, humor in folliculis huius arboris naescens: cuti nitorem indu  
cit faciemq; gratiorem facit. Folia trita aqua aspersa peduz tumo  
ri. Humor quoq; e medullavt diximus castrati arboris: capillū edit  
capiti ilitus: defluentēq; continet. Arbor tilia leuiter tusa ad eas  
dem fere vtilis est. atq; oleaster. Sambuci caulinī in aqua mace  
rantur, ea farsa pulices necantur, foliorum decocto si locutis spar  
gatur multe necantur.

Ca.x.de silere & hedera

Sileris folia ilita fronti: capit is dolores sedant. Eiusdem semē  
tritum pthiriales coheret. Serpentes & hunc fruticem refugint.  
Baculumq; rustici ob id ex eo gerunt. Succus hedere tedia na  
trium graue olentiamq; emendat, precipue albe satiue. Idem infu  
sus naribus caput purgat. Efficacius addito intro infunditur: eti  
am purulentis auribus aut dolentibus cum oleo. Cicatricibus quo  
q; decorem facit. Ad lienes efficacior albe est ferro calefactus. Sa  
tisq; est acinos sex ciathis duobus sumi. Acini quoq; ex eadem al  
baterni in aceto mulso poti: tineas pellunt.

Acini qui croci succum habent presumpti potu a crapula tutos prestant. Item sanguinem excreantes aut torminibus laborantes.

Lacrima hedere psilotrum est; pthiriasim tollit, flos cuiuscumq; generis tritum digitorum carptu dissente ricos & aluum citam emē dat vino austero bis die potus. Ambustis vtiliter linitur cum ceram

Huius ligui vase spleneticos bibentes sanari inuenio. Incidunt succi gratia; eocq; vtuntur ad dentes erosos frangitq; proximis cera munitis ne ledantur.

Ca xi. De arundine papiro  
hebeno gūmy, amīgdalo.

Vulgaris arundo extractoriā vim habet; recens tusa nō in radice tantum. Multum enim & ipsam arundinem valere tradunt.

Medetur & luxatis & spine doloribus radix in aceto Ilita. Eadē recens trita & in vino pota venerē concitat. Arundinum lanugo illa auribus obtundit auditum. Papiro precipue utilitates cum in aruere: ad laxandas siccandasq; fistulas: & intumescendo: ad introitum medicamentorum aperiendas. Charta que fit ex ea creata: iuter caustica est Cinis eius ex vino potus somnū facit. Hebeni scobem oculis mederi putant. Lignoq; ad cotem trito cum passo caliginem discutit. Ex aqua vero & radice albugines oculorum. Hebenum medici inter erodentia assumunt. Gūmi genera sanguinem coagulāt. Ideo reicientibus sanguinem prosunt. Itē ambustis arterie vitiis. Vrinam ciunt. Amaritudines hebetant. Ex amīgdalo amaro est spissandi viribus efficacior. Habet excaffactorias vites. Preponuntur autem prunorum cerasorum vitium. Stringunt ilite & siccant. Ex aceto infantium lichenas sanant. Pro sunt tussi veteri quattuor obolis in mixto potis.

Ca. xiii. De taxo  
et rubo medicine.

Taxi arboris fumus mures necat. Nec rubos ad maleficia tam genuit uatura. Ideoq; ex eis mora bestiis vel hominibus cibos dedit. Vim habent siccandi, astringendi, gingmis tonfis, genitalibus accōmodatissimi. Vrinam ciunt. Caules eoruē teneri dividunt exprimiturq; succus. Mox sole cogitur in crassitudinem mellis: singulari remedio contra mala oris oculorumq; sanguineq; excrentes, auginas: vulvas: sedes: celiacos potus aut ilitus. Oris vittis etiam folia cōmanducantur, & viceribus manāibus aut qui buscuq; in capite illinuntur. Cardiacis vel sic per se imponitūra māma sinistra. Item stomachi doloribus: oculisq; procedētibus. Instilaꝝ succus eoꝝ aurib<sup>9</sup>. Sanat & cōdilomata cu roſaceo cerato.

Calculorumq; ex vino decoctum presentanē remedium est. Item per se in cibo sumpti cyme modo aut decocti in vino austero : labātes dentes firmant. aluum listunt & profluua sanguinis. Dissente ritis prosunt. Siccantur in umbra ut cintis crematorum vuam repriment. Folia arefacta & contusa : Iumentorū vulneribus utilia traduntur. Mora que in his nascuntur efficaciorem stomaticen pre buere : q̄ satiuia morus. Eademq; compositione : vel cum hipostis scide tantum & melle bibuntur. In colera & a cardiacis, & contra araneos. Inter medicamenta que stipticavocant nichil efficacius rubi mora fermentis radice decocta in vino ad terrnas partes : vt colluantur eo oris vlcera & sedis foueantur. Tanta vis est ut spongie ipse lapidescant. Alterum genus rubi in quo rosa nascitur: gignit pillulam castanee similem precipuo remedio calculosis.

Ca. xix.

Herba quecunq; ei riuis aut fluminibus ante solis ortum collecta ut nemo colligentē videat : contra tertianas ad alligata leuo brachio (ita ut egcr quid sit illud ignoret) tertianas arcere traditur.

Gramē capiti circū datum : sanguinis fluxiones e naribus sistit.



Iber. xxv. Post arborum medicinas agit de medicinis que sunt ex herbis.

Capitulum primum. De labore antiquorum in experiendo.

Nichil intemperatum inexpertumq; priscis fuit. Nichil deinde occultatum quod non prodesse posteris vellent. At nos elaborata hi abscondere cupimus, ac fraudare vitam etiam alienis bonis.

Ita certe recondunt qui patua aliqua nouere inuidētes alii : & neminem docere : in auctoritate scientie est. Tantum ab ex cogitādis nouis ac admiranda vita mores absunt. Summumq; opus in gentiorum diu in hoc fuit : vt intra vnumquēq; recte facta veterum perirent. Etiam qui sciunt demonstrare nolūt ; tanq; ipsis peritum sit quod tradiderint alii.

Ca. ii. Qui & quomodo vires herbarum inuenere, preseruatio a veneno in eosq; inuehit qui pingunt herbas.

Mitridates maximus sua etate regum : cogitatum cotidie venenū

m